



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo voluntas Dei de homine impletur quocunq̄ue se vertat. A

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicimus, Deum non velle mala fieri: nec tamen velle non fieri neque nolle fieri? Omne ergo quod vult fieri, fit: & omne quod vult non fieri, non fit. Fiant autem multa, quæ non vult fieri, vt omnia mala

**QVOD VOLVNTAS DEI SEMPER**

*impletur de homine quocunque se vertat.*

**DISTINCT. XLVII.**

**V**OLVNTAS quippe Dei semper efficax est, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur, quocunque se vertat. Nihil enim (vt ait Augustinus) in libero arbitrio constitutum superat voluntatē Dei: & si faciat contra eius voluntatem, tamen contra eius voluntatē, quæ ipse est nihil putandum est, ita fieri tanquam velit fieri, & non fiat: vel nolit fieri, & fiat. Illa enim voluntas, vt ait Aug. in Enchir. semper impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur: sed tamen non implemus eam quādo peccamus. A nobis impletur, quādo bonum facim⁹: ideo n. facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suam voluntatē: quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur q̄ vult. Nō n. vult Deus, vt peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, pœnitenti vult parcere, vt viuat. in peccatis vero perseuerantem punire, vt iniustitiæ potentiam contumax nō euadat. Sicut alios ab æterno præparauit ad pœnam, ita alios præparauit ad gloriam: & hæc sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ei⁹. Et tā sapiēter exquisita, vt cū angelica & humana creatura peccasset, i. non q̄ ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam p̄ eandem creaturæ voluntatem, qua factum est quod creator non voluit, impletet ipse q̄ voluit: bene vtens etiam malis tanquam summe bono.

*Quod voluntas Dei semper fit efficax.*

*Aug. c. 100. in Enchyr.*

*Psalm 100. Aug. in Enchyr. c. 101. in principio.*



me bonus ad condemnationē, quos iuste præde-  
stinavit ad pœnā, & ad eorum salutē quos benig-  
ne prædestinavit ad gratiam. Quantum n. ad ipsos  
attinet, q̄ Deus noluit fecerunt: quantum vero ad  
omnipotentiam, eius voluntatem fecerunt, de i-  
p̄s facta est voluntas ei⁹. Præterea namq̄ magna  
opera Domini, sunt exquisita in omnes volūta: es  
eius, vt miro & ineffabili modo nō fiat præter ei⁹  
voluntatē, q̄ etiā fit contra ei⁹ voluntatem: q̄  
non fieret si non sineret: nec vsiq̄ nolens sinit, sed  
volens: nec sineret bonus fieri malē: nisi omnipo-  
tēs etiā de malo posset facere bonum bene. His  
verbis euidenter monstratur quod voluntas Dei  
æterna semper impletur de homine: etiā si faciat  
homo contra Dei voluntatē. Sed attendendū est  
diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri  
aliquid contra Dei voluntatē, quod tamen non fit  
præter eā, & qualiter intelligendum sit illud: quā-  
rum ad se, fecerunt q̄ Deus noluit: quantum verò  
ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere va-  
luerunt. Videtur enim ista superioribus obuiare  
vbi dictum est, voluntati eius nihil resistere.

*Hic aperit dicens diue: sis modis supra accipi*

*Dei voluntatem.*

**B**

Verum vt supra diximus, voluntas Dei diuersis  
modis accipitur: quæ diuersitas in p̄dictis verbis  
si diligēter notetur, nihil ibi cōtradictionis reperi-  
tur. Vbi enim dicit non fieri præter eius voluntatē  
etiā q̄ fit contra eius voluntatē dissimiliter ac-  
cepit voluntatē: & non ipsam voluntatē quæ De⁹  
est & sempiterna est: sed ei⁹ signa prædictis verbis  
intelligi voluit, id est, prohibitionem siue præce-  
ptionem & permissionem. Multa enim sunt con-  
tra Dei præceptum vel prohibitionem, quæ ta-  
men non sunt præter eius permissionem. Ipsius  
namque permissione omnia sunt mala: quæ ta-  
men præter eius voluntatem sempiternam sunt.

§ 2 Sicut